Turribulum significat corpus Christi. Carbones spiritum sanctum. Incensum odorem bonorum operum
Christi. Et quia venturus erat in mundum Christus premisit prophetas. sapientes. scribas. In
loco prophetarum acoliti. qui portant divinas scripturas ad illuminandum corda fi
delium. In loco sapientum subdiaconi. qui sapienter sciunt disponere vasa
domini. Loco prophetarum diaconi evangelium futurorum adnunciant vitam. Episcopi
vero et presbyteri significant Christum inter duo testamenta. Officium autem Christi adventum et
prophetarum adnunciationem significat. Episcopus osculatur primum ministros. postea altare
deinde evangelium. Christus recepit sibi primum apostolos. postea reliquos iude
os. deinde gentiles. Remanet evangelium in altari ab initio offi
cii donec legatur. Remansit evangelica doctrina ad adventum domini in
Israhele loco passionis que significatur per altare donec ad [illegible] publicum exur
geret. Cum autem tenent acoliti cereos in manibus, quia doctores oportet de
bent exercere quod docent. In [illegible] textu solo orat ecclesia ut sacerdotis oratio
placabilis sit deo. Cum incipit kyrrieleison acoliti cereos ad terram ponunt. al
truisce(?) uno in medio posito ut in verbo(?) opere et predicatione doctores
[illegible] sede cognoscatur. [illegible] cerei [illegible] significant quod Ubi sunt duo vel tres
congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Transitus episcopi de dex
tra altaris in dexteram partem significat Christi transitum de passione resurrec
tionis ad eternam vitam ubi dominicis et festivis diebus sanctorum gloria in excelsis deo
canitur. quia post peractam resurrectionem gloria angelorum sociatus [illegible];
Retro eandem partem ministri stantes quia quasi in hac vita fideles adhuc
positi sunt. Christi [illegible] sequi intendunt ut ipse dicit. Quem ministrant me
sequatur. Quando episcopus dicens dominus vobiscum salutat populum. et faciem suam presen
tat. excepto uno in loco ubi demonstrat devotissimam intentionem
que est in offerendo sacrificio. hac episcopi salutatione et populi respon
sione [illegible] utrumque. Prima salutatio episcopi significat salutationem
Christi ad discipulos post resurrectionem. Oratio et benedictio episcopi ante sessio
nem significat illud tempus quo Christus benedixit ascensurus in celum discipulis. Sessio episcopi
sessionem significat Christi post ascensionem ad dexteram patris. Sessio ministrorum sessi
onem eorum de quibus Sedebitis et vos super sedes xii. Epistola predicationem veteris
testamenti que humiliorem intelligimus. Responsorium ideo dictum quia